

Vor Zeugen wird im Namen der Stadt Maienfeld vom beauftragten Notar Ludwig Rütiner eine Kopie des von Wolfhart von Brandis und Thüiring von Aarburg zusammen mit ihren Frauen Verena und Margaretha von Werdenberg anlässlich der Übernahme der Herrschaft Maienfeld aus der Erbschaft des Grafen Friedrich von Toggenburg der Stadt Maienfeld am 4. September 1438 bestätigten Freiheitsbriefs ausgestellt.

Or. (A), StadtA Maienfeld 16. – Pg. 65/49 cm. – Notariatszeichen: Baumstrunk auf dreistufigem Sockel mit eingeschriebenem Namen Ludwicus. – Rückvermerk (15. Jh.): Mayenfelder fryhait; (16. Jh.): Vidimus der fryhait zû Mayenfeld; (17./18. Jh.): Vidimierte copei dess vralten freyheits brieffs, so verbronnen ist, de anno 1438.

Druck: RQ Graubünden II/2, 2. Halbbd., 408b.

l¹ ¶ In^a) nomine domini amen. ¶ Per hoc presens publicum instrumentum cunctis ipsum intuentibus pateat evidenter, quod sub annis domini et a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo nono, indictione secunda, pontificatus sanctissimi in Cristo patris ac domini nostri domini Eugenii digna dei providencia pâpe || l² quarti, anno eius nôno, secunda die mensis decembris, hora nonarum vel quasi eiusdem diei, in domo habitacionis Johannis Pistoris, civis oppidi Mayenfeld¹ in stupa maiori eiusdem domus, Curiensis dyocesis constitutus, coram me notario publico testibusque subscriptis ad hoc vocatorum et rogatorum providi et discreti viri || l³ Wilhelmus Rasoris, castellanus senior et dictus Intal Rûf, castellanus noviter constitutus oppidi predicti Mayenfeld, Curiensis dyocesis loco et nomine civium et tocius communitatis iam dicti Mayenfeld exhibuerunt et ostendiderunt^b) coram me et testibus infra-scriptis unam cartam seu litteram pergameniam munitam || l⁴ sigillis egregiis dominis Wolfân^go^b) de Brandis² et Thûringo de Arbûrg³, baronibus et eorum coniugibus videlicet Verene et Margarethe^b) committissis nationis de Werdenberg⁴ sororibus. Que quidem littera non cancellata nec viciosa et omni prorsus suspceptione tam in scripturis quam in sigillorum figuris l⁵ omino^b) carente preponentes ac asserentes, quod pro certa causa prenominati cives oppidi Mayenfeld seu eorum certi nuncii vel procuratores eandem litteram haberent uti et de loco ad locum hinc inde transferre pro fide et testimonio in eisdem negociis faciendum, et quia propter viarum discrimina et locorum pericula origênalis l⁶ littera posset viciari, ne propter in eis ex eventu fortûitu eveniens detrimentum aut dampnum contigeret instanter me pecierunt et requisierunt, quatenus eandem litteram transformarem et copiarem sub publico instrumento de verbo et ad verbum et sub forma fidimus^b) et inde publicum seu publica conficerem l⁷ instrumentum vel instrumenta, quatenus huic transscripto plena fides ahibeatur^b) ac si ipsa origenalis littera presencialiter exhiberetur. Tenor vero littere predicte sequitur et est talis:

Es folgt der Text von Nr. xx. (Urk. vom 4. Sept. 1438)

Acta sunt hec anno indictione pontificatu mense die hora et loco quibus supra, presentibus ibidem strenuis viris l⁶⁴ Symone de Marmoria⁵, V^olrico Vennr et Georigo

Geltinger armigeris Curiensis dyocesis testibus ad premissa vocatis perpiter et rogatis.

l⁶⁵ Et ego Ludwicus Rütiner, clericus Curiensis dyocesis, auctoritate imperiali notarius publicus iuratus, quia carte seu littere ostensioni porrectioni ac visioni et aliis, ut premittitur, una cum l⁶⁶ prenominatis testibus presens interfui, ea sic fieri vidi et audivi et ideo hoc presens publicum instrumentum sub forma fidimus^{b)} manu propria conscripsi et in hanc publicam formam l⁶⁷ redegi, nomine et signo meis solitis et consweticis^{b)} consignavi in evidens testamentum omnium premissorum vocatus et rogatus etc.

a) *Initiale I 7 cm lang.* – b) *A.*

¹ *Maienfeld, Gem. u. Kr. GR (CH).* – ² *Wolfhart V. v. Brandis, 1408-1459.* – ³ *Thüiring (1404-†1457) v. Aarburg (Bez. Zofingen, AG, CH).* – ⁴ *Verena (1427-1441) und Margaretha (1426-1443) v. Werdenberg-Heiligenberg.* – ⁵ *Simon v. Marmels (Marmorera, Kr. Surses, GR).*